



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Can. 2. Sicut Sancti Euangelij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

## Prima Pars Directorij

Cibus, potus, Matrimonium. Cap. XLII.

1.Tim.4.

J. COR. 7.

**F**irmissime tene, & nullatenus dubites, om-  
nē creaturam Dei bonam esse, & nihil reij-  
ciendum quod cum gratiarum actione percipi-  
tur. Et Dei seruos, qui a carnibus aut vino absti-  
nent, non tamquam immunda, quia a Deo facta  
sunt, respue, sed a fortiori cibo & potu pro so-  
la castigatione corporis abstinere. Nuptias quo  
que diuinatus institutas & benedictas. Et me-  
lius quidem si quisquam sine coniugio sit, vt li-  
berius atq; plenius cogitet, que sunt Dei, quomo-  
do placeat Deo. Tamen illis, qui continentiam  
non voluerunt, nullum esse peccatum, si vel mu-  
lier nubat, vel vir vxorem ducat. Nec solas pri-  
mas nuptias a Deo institutas, sed etiam secundas  
& tertias pro eorum, qui se continere non pos-  
sunt, infirmitate concessas. Eis vero qui sive co-  
jugati: sive a coniugio liberi continentiam Deo  
voluerint, admodum esse danabile, si vel illi con-  
jugale opus voluerint appetere, quo se non ac-  
cessuros; vel illi repetere, a quo se recessuros; illi  
libera, illi communī profecti sunt voluntate.

*Malos misceri bons.* Cap. XLII.

**F**irmissime tene, & nullatenus dubites, arcā  
Dei esse Ecclesiam catholicam, & intra eam  
vsque in finē s̄culi frumento mixtas paleas con-  
tineri, hoc est : bonis malos sacramentorum  
communione misceri : & in omni professione  
sue clericorum, sue monachorum, sue laico-  
rum, bonos esse simul & malos. Non pro malis  
bonos deferendos, sed pro bonis malos, inquan-  
tum exigit fidei & charitatis ratio, tolerandos.  
Id est, si vel in Ecclesia nullius perfidia semina  
spargunt, vel fratres ad aliquid malum opus  
mortifera imitatione non dicunt. Nec posse  
aliquem intra Ecclesiam catholicam recte cre-  
dentes, beneque viuentem alieno vñquam ma-  
culari peccato, si cuiquam peccanti nec con-  
fessionem prabeat, nec fauorem. Ut ille que  
malos a bonis intra Ecclesiam tolerari, si hoc  
cum eis bene viuendo, & bene moriendo agatur:  
Vt & videntes & audientes quæ bona sunt, mala  
fua respuant, iudicando te a Deo pro suis ma-  
lis operibus contremiscant : atque ita præuen-  
iente dono gratia de suis iniuritatis confun-  
dantur, & ad bonam vitam per Dei misericor-  
diā conuertantur. Bonos vero a malis intra  
ecclesiam dunq̄taxat catholicam constitutis, non  
debere nisi operum dissimilitudine separari :  
vt cum quibus diuina communicant sacramen-  
ta, non habeant mala opera, quibus illi sunt cri-  
minosi, communia. In fine vero s̄culi bonos a  
malis etiam corpore separandos, quando veniet  
Christus habens ventilabrum in manu sua, &  
permundabit aream suam, & congregabit tri-  
pticum in horreum suum, paleas autem combu-  
ret igni inextinguibili, quando per iudicium in-  
stum segregabit iustos ab iniustis, bonos a malis  
rectos a peruersis, bonos constituet a dextris, ma-

Matt. 3.

A los a finistris. Et ex eius ore iusti aeternique iudicij semper iterna atque incomutabilis prolatam sententiam, inquit omnes ibut in combustionem aeternam, iusti autem in vitam aeternam: iniqui semper arsuri cum diabolo, iusti autem regnaturi cum Christo.

*Persistendum in fide.* Cap. XLIII.

**H**ec interim xl. Capitula ad regulam ue-  
ra fidei firmissime pertinetia, fideliter cre-  
de, fortiter tene, veraciter patienterque defen-  
de. Et si quem contra his dogmatizare co-  
gnoueris, tam quam pestem fuge, & tamquam ha-  
reticum abice. Ita enim ista, quae posuimus, fi-  
dei catholicæ congruunt, vt si quis non solù omni-  
bus, sed etiam singulis voluerit cōtraire, in eo  
quod singulis horum contumaciter repugnat,  
& his contraria docere non dubitat, haereticus  
& Christianæ fidei inimicus, atque ex hoc omni-  
bus catholicis anathematizatus appareat.

EX DECRETIS DISTIN. XV.

Beatus Gregorius lib. i. Regesti,

L' pistola 24.

**C** De auctoritate quatuor Conciliorum, & eorum approbatione per sanctam Ecclesiam.

**S**IC V T † sancti Euangelij qua-  
tuor libros, sic quartuor Concilia su-  
scipere & venerari me fateor, Ni-  
canū scilicet, in quo peruersum Ar-  
rij de gma destrutur, Constantino  
politani quoque, in quo Eunomij & Macedonij  
error concinatur, & phesinum etiā primū, in quo  
Nestorij impietas iudicatur, Calcedonense ue-  
ro, in quo Butychi & Dioscorique prauitas repro-  
batur, tota deuotione complector, integerima  
approbatione custodio, quia in his velut in qua-  
drato lapide sanctæ fidei struētura cen surgit, & resuē  
cuiuslibet † vita atq. actionis norma consistit.  
Quintum quoq. concilium pariter uen erit, in  
quo epistola. quę Iba dicitur, erroris plena repro-  
batur, in quo Theodusius perlonam mediatoris  
Dei & hominum in duabus substantijs separas, cian  
ad impietatis perfidiam cecidisse conuinetur.  
Et in quo scripta quoq; Theodoriti, per quę bea-  
ti Cyrilli fides reprehenditur, ausu dementie pro  
lata refutantur. Cunctas uero, quas prefata vene-  
randa Concilia personas relcipunt, respuso,  
quae ueraruntur, ampleranter quia dum  
tula illa  
oceano

quas venerantur, amplexor, quia quin  
vniuersali sunt consenuit consti-  
tuta, se & non illa destruit  
quisquis præsumit aut  
soluere, quos  
re ligant  
†, aut  
ligare † quos sol-  
uunt.

E X D E